Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

spe scs cū patre & filio. qua uni est potestatis & operationis cū illis. fides q̃ qua credimus in dn̄m. & a patre & filio. & a spū scō datur: nec ē naturalit̄ in homine. sed dō datur: quō si ēēt omnis haberent fidē:
Alii gratia sanitatū. in uno spū. De gracia sanitatū dicit. qua sanantur infirmi & egri. Alii operatio uirtutū. in exercendis demonib̄. & patrandis aliis miraculis. Alii ypphecia qua spū scō repletus futura p̃dicit. & ypphārum libros exponit. Alii discretio spīuum. ut nouerit quis loquat̄ ex spū scō. & quis ex spū humano siue maligno. sicut loquebat puella que magnū questū p̃stabat dn̄is suis. de q̃ paulus spīm phytonicū expulit. & sicut loquebant magi & incantatores. Alii genera linguarum. id est uarietates sermonū. ut apls & credentib̄ in ex ordio fidei. Alii interpratio sermonū. ut hieronimo. q̃ diuinas scripturas ex hebreo in latinū transtulit. Hec autē omnia que enumerauim̄. & etiā plura operat̄ unus atq; idem spīs. ad utilitatē scilicet totius eccle. in quo intellegit̄ pat̄ & filius. quia inseparabilis ē eorū operatio. Diuidens singulis electis dona sua. ñ tamen ipse diuisus. & put uult. quia ds omnips est.

. XI.

Fratres. Notum uobis facio. id est admemoriā uob̄ reduco euglium. qd̄ p̃dicaui uobis qd̄ & accepistis. in quo & statis. per qd̄ & saluamini. Et cetera.

Fuerat apls apud corinthios per unū annū. & sex menses p̃dicans illis euglium. sed post eius discessum. introierunt in eos pseudo apli. qui negabant a p̃m carnis natū. passum. amortuus suscitatū. negabant quoq; resurrectionē generalē futuram. idō conpulsus apls recapitulat que illos p̃sens docuerat. Unde dicit. Notū uob̄ facio euglium q̃d accepistis siue suscepistis ame. & accepti habuistis in quo & statis. In una quaq; fideli plebe. duo sunt ppli pfecti & imperfecti. Sed hic pfectos in fide alloquit̄ mer̄ contra imperfectos subiungit. qua ratione p̃dicauerim uob̄ si tenetis. nisi frustra credidistis. Litteratura hui uersiculi. minus q̃ddam sensus uidetur habere in latino. quia pulchrius sonat in greco. Notandūq; interrogatiue atq; increpatiue esse legendū. igitur dicit̄ ita. Quid utilitatis accepistis in hoc qd̄ p̃dicaui uob̄. si modo decepti a pseudo aplis. Alit̄ si tenetis. nisi q̃ frustra. siue inanter credidistis. in hoc qd̄ a fide recessistis. Dicit q̃. Qua ratione. siue qua utilitate p̃dicauerim uob̄ uerbū di. si tenetis sub audis modo. alit̄ quā tunc audistis. n̄ quia frustra credidistis. An hanc me p̃dicante. adepti estis fidē supfluā & ñ uerā. Non est ita. quia uera uos docui & ñ falsa uerāq; fidē & credulitatē. Ergo qua ratione p̃dicaui uob̄. nisi qd̄ frustra credidistis ignoro. frustra credit qui ab ipsa fide postmodū recedit. Iamq; in sequentib̄ exponit